Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

tari se a beata maria magdale
ne cuius nomen inploraverant. con
fessioni ac penitencie redditum.
et statim sumptis sacro sanctis miste
riis recusurum. Solutus itaque et in
confessione ac penitencia a presbitero
susceptus corporis et sanguinis domini
viatico munitus: denuo rebus ex
cessit humanis. Cuius miraculi
testes et assertores plurimi fue
runt. quorum quidam vizeliacum
venerunt. et coram innumerabili
populo qui ex diversis terrarum par
tibus illuc convenerant. rem ge
stam exposuerunt. Resurrectio
nis dominice paschalis sollempnitas
agebatur. de peregrini a mortuis et
a peccato resurrectione christus glo
rificabatur. et beate marie meritum
extollebatur. Quo qui tunc oracionis causa ad
venerat catuccensi concionante
et toto populo in dei laudibus accla
mante predicabatur.

Alio quoque tempore miles
quidam ex aquitania o
riundus. dum ab oracione
vizeliaco reverteretur. in suos ini
micos quorum fratrem occiderat
incurrit. patre cum filiis in in
sidiis constituto. Qui ubi se
circumventum agnovit. quo insede
rat desilivit mulo: eumque sevienti
um in se gladiis opposuit. Sta
tim dum unus eorum ut expediti
et sine obstaculo gladiorum ictus
quibus circumvenientur fuerat exciperet:
manibus eum arripuisset. tanta pere
grino data est fortitudo. ut fra
trem fratribus. filium patri obiceret.
et eorum tela sine gladios tali fieret

clipeo devitaret. Tandem furore
divinitus in pietatem converso. omnes
simul pedibus eius provoluti. ve
niam audacie efflagitant se reos
in deum. se mercipiam dilectricem
gravius deliquisse. nunquam amplius
se illi in posterum nocituros. Con
cordes itaque dei famula mediat
rice facti. quique ad propria in beate marie
laudibus remearunt: hic quod eum
de morte liberaviat. illi quia tan
quam ab inferis per eam resurrexissent.

Illud etiam cunctis peccato
ribus dei misericordiam per eam inplo
rantibus. spei ac fiducie pluri
mum affert. quod cum quidam peni
tens vizeliacum veniens. quandam
scedulam in qua peccata sua scripse
rat. sub palla altaris beate marie
magdalene abscondisset. et fac
ta oracione reditur cartulam in
spexisset. scriptum invenit deletum.
et sic ex re manifesta intellexit
qualiter apud deum per eius dilectricem
indulgenciam adeptus esset.

Quiddam etiam magnum at
que memorabile quod circa
sepulcrum beatissime huius
christi famule actum est. si pagine in
seratur. plurimorum de sepultura eius
minus digne composita admiraci
oni satisfacere non ambigimus.
Nam cum venerabilis vir gaufre
dus vizeliacensis ecclesie abbas cri
ptam cryptam sub qua sacratissimi
corporis dei dilectricis gleba servat
effringere voluisset. ut tanto the
sauro eminenciore et ornaciore
extrueret sepulture locellum. su
bito tanta ecclesiam caligo obnu